

de recup. possorem 15. n. 120. & Chaquer. dec. Pedemont. 30. & Rebuff. in commenta. Regal. const. Fran. tit. de poss. benefici. gl. 2. n. 8. Guill. Benedic. in cap. Raynut. 1. p. verb. & uxorem nomine Adelasiam, n. 39. de testam. Navarr. d. rem. 1. cas. 16. Carol. de Grass. Regal. Fran. lib. 9. jur. 7. 163 & in regno Francie testantur. Rebuff. ibid. Olivan. tract. de jur. fisci c. 3. n. 36. Michaël Axia de exiben. 164 auxil. fundam. 24. Navarr. & Carol. de Grassal. ubi proximè, & in regno Aragonum testantur Sese c. 8. §. 2. n. 5. & 36. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 18. à n. 319. & cap. 19. n. 31. cum sequent. Portoles in scholiis ad Molinum §. appellatio, n. 31. Cæned. in pract. Cano. quest. 45. 165 num. 49. similem consuetudinem habere Navarr. ex l. Regia confirmatam firmat Olanus Sabaudia, num. 77. & littera C. n. 33. idem in regno Sabaudia, ut tradit 166 Anton. de Herrer. in informatione juris, quam fecit pro omite Stabillio cap. 36. in fin. & idem praticari in 167 regno Catalaunia, testatur Olivan. de jur. fisci, c. 1. n. 36. Fontanel. de pact. nuptial. gl. 3. part. 3. concl. 4. à 168 num. 8. & num. 17. de Senatu Sebastiani testatur Antonius Faber. in suo Cod. l. 7. tit. 24. de appellatio. quem 169 ad id refert Fontanel loco citato 3. part. gloss. 13. claus. 4. num. 20. in fin. & in Senatu Pedemontano Menoch. de 170 recuperan. rem 15. n. 120. Pedemont. decis. 30. in Senatu Milaenensi Rebuff. in comment. Regum Fran. 3. tom. tit. de poss. benefici. gloss. 2. num. 8. Guill. Benedic. in d. cap. Raynut. 1. part. verb. & uxorem, n. 39. de testam. Gaspar. Rodrig. de annu. redit. lib. 1. qu. 17. n. 71. & 171 idem fervari in regno Gallecie tam in violentiis commissis inter Ecclesiasticas personas super rebus tam Ecclesiasticis, ac spiritualibus, quam in temporalibus possessoriis, & in violentiis factis à iudicibus Ecclesiasticis ob non delatam appellationem, & ea pendente violentè attentantibus testatur nostras Gaspar. Rodrig. ubi proximè, & ego etiam testor, post Joannem Garciam ibi, de quo nos testamur, ut pariter cognoscatur, in hoc supremo Senatu Galleco dari recursus ad propulandas per viam violentiæ illationes, ab Ecclesiasticis; & Religiosis, non solum in rebus profanis, sed & spiritualibus, quam cognitionem autoordinario pragmatici vocant, de cuius natura, & qualitate, processu, & executione, latè Rodrig. ibi. Et cum 16. Octobr. anno 1606. illustrissimus, & religiosissimus, & non satis laudatus Princeps Maximilianus de Austria tria Archiepiscopus Compostellanus, in Consilio Regali voluit alterari, cupiens alterari, & avelli prædictum autoordinaria, latissimè contra illud insurgens, per suos advocatos pro cuius decreti ordinarii de protectione à Senatu Galleco rogati fuere doctissimi, acutissimi, & expertissimi duo advocati, alter charissimus Genitor meus, virtute, gravitate, & nobilitate præclarus, cuius effigies omnium venerabilis est, licentiatu Gaspar Lopez Salgado de Somoza, clarum speculum, & utile consilium; alter doctor doctissimus Camero del Villar, ingenii fecundia, & claritate præditus, cuius scientia, continuus, & studiosus labor cunctis notissimus est, qui quidem in decreti ordinarii praxi, & styli justificatione, eruditissimè (ut assolent) licet temporis brevitate, arctati, manu impolite; postmodum autem crescente controversia, illud ampliare fuit necesse, ut integraliter, à Consilio Regio cognosceretur, quem laborem Senatus Gallecus meritò commendavit doctissimo viro licentiatu Alvaro de Paz, & Quimonez, ejusdem tribunalis meritissimo Senatori, quia postmodum ad Regalem Cancellariam audite inconvulavit, de cuius literis, prudentia, & virtute ampliora confidi poterant (cui & ego labori etiam adstiti) is igitur, amplissimam informationem iuribus, fortissimisque rationibus fundatam, & auctoritatibus ornata confecit, quæ typis tradita, præ manibus habetur.

176 Hanc etiam consuetudinem cognoscendi Principes

supremos per modum defensionis extrajudicialis, ad tollendas violentias inter Ecclesiasticos approbavit Martin. Pontifex, cuius Bullam ad litteram refert Guido Pape in quest. Delphina quest. 1. & questio. 85. & Sese in epistola ad Regem, numero 77. quæ est in 2. tom. decis. in princ. qua declaravit, quod nulla Pontificis censura generaliter promulgata intelligatur, velle derogare juri competenti Regiæ majestati, tam de 176 jure, quam de consuetudine, cum non censeatur ad æmulationem jurisdictionis Ecclesiasticæ, de qua nos 177 ad responsonem Bullæ in Cæna Domini num. 291. ubi ad litteram refertur.

Maximè cum hæc consuetudo fundata sit in jure naturali, divino, positivo, Canonico, & civili, ne pax publica turberetur, & Respublica detrimentum patiatur, à Sede Pontificali tacitè, & expressè approbata & confirmata, com tam longo usu, cujus initium memoriam hominum excedit, ut testatur d. l. Regia 36. cujus assertioni standum esse omnino probavi superius, post principium hujus cap. de qua etiam testantur tot tantique Doctores fide digni, & doctissimi viri, quorum assertionibus, & attestationibus consuetudinem stare credendum est, tradit doctissimus, & studiosissimus Solis, vir quondam hujus Gallecie tribunalis auditor, in 179 tract. de cens. 3. p. cap. 3. num. 9. Nevizan. conf. 66. n. 31. Ceval. in contra commun. lib. 1. qu. 1. & iterum. p. 897. & num. 253. & amplius de cognitione per viam violentia, gloss. 4. sub. n. 9. & repetit in introductione 38. Cavalli in tract. de evictio. §. 5. n. 39. Tobias Nonius conf. 45. n. 11. & conf. 48. n. 12. Moheda. decis. 206. alias 27. Hon. dedeus conf. 110. n. 19. vol. 1. quod maximè procedit, cum nullus Doctor de contraria consuetudine disponat, Gozadin. consil. 59. Aymon. Cravet. consil. 166. & dicit communem Curtius Jgn. consil. 60. Roland à Valle consil. 71.

Sed quorsum tendimus, cum tam longa, ac profunda nostræ consuetudinis justificatione, cum serè omnes doctrinæ à principio præsertim adductæ loquantur in rigorosis, & fortioribus terminis, scilicet; quando tractatur de acquirenda, & præscribenda jurisdictione, contra clericos, per Principem temporalem, in aliquo casu particulari; quod quantum à nostrâ consuetudine; atque intentione sit alienum, & absonum (cum hic recursus ad Regem, nec habeat, nec etiam indigeat aliqua jurisdictione, sed de facto, & extrajudicialiter cognoscatur) dilucidè summo labore, ac curiositate, amplissimè videbis infra præludio 5.

PRÆLUDIUM IV.

SUMMARIUM.

- 181 Vim facere iudicem Ecclesiasticum non deferentem appellationi legitime, & ea non obstante procedente ad executionem, concursus omnium sententia est, in hoc tamen nova Autoris consideratio, ibid.
- 182 Plures sunt in jure species violentiæ, eisque variae defensionis species applicatæ. Ad quatuor tamen reducit Author, ut in exemplis ibid.
- 183 Differentia inter species violentiæ juris communis, & speciem hanc cognitionis per viam violentiæ traditur.
- 184 Definitio descriptio hujus specie violentiæ constituitur ab Authore.
- 185 Lex lege Julia 7. ff. ad leg. Jul. de vi pub. declaratur in coprobationem violentiæ illatæ à iudice in non deferendo legitime appellationi, declarat & exornat. Auth.
- 186 L. 4. tit. 10. p. 86. in eundem sensum trahit Author.
- 187 Leges debent intelligi secundum rubricam sub qua situate sint.
- 188 Paria sunt occidere innocentem, & occidere eum, qui confugit ad justam defensionem.

Doctores

- 189 Doctores mentionem facientes d. l. leg. Julia, referuntur.
- 190 Cevallos reprehendit Author affirmantem d. l. lege Julia à nemine ponderatam.
- 191 Ut habeat locum cognitio hæc violentiæ, an requiratur, ut simul adsint & appellationis denegatio, & ea non obstante attentatū seu executio, traditur remissivè.
- 192 Hæc species judicis violentiæ omnibus aliis violentiis major, & atrocior est.

181 **C**ONSTITO, Principibus supremis temporalibus competere facultatem tollendi quilibet violentias suæ ditionis, & Republicæ, etiam inter Ecclesiasticas personas, tanquam eives, & membra ipsius, quia sub Regia protectione esse dignoscitur, & licet Doctores omnes de hujusmodi cognitionis per viam violentiæ justificatione tractantes, affirmant, vim facere iudicem non deferendo appellationi legitime & ejus occasione, procurantem ad executionem procedere, jurisdictione suspensa, in quo omnium concursus est sententia, quos citavimus supra, n. 6. & alii plures in discursu; tamen specialiter nihil conferunt, ut individuum probetur, hoc casu vim adesse ob appellationis denegatam delationem: pro cuius declaratione cum materia, & articulo, de quo loquimur, omnino sit necessarium, plura à nemine hactenus de re hac tractante considerata & ponderata, noviter in medium proferam.

- 182 Et in primis; cum respectu rerum, in jure plures species violentiæ reperiantur, quibus variae defensionis species applicantur, ad quatuor tamen reduci posse dicit gloss. celebris in l. exstat, gloss. fin. ff. quod metus causa glof. 2. in cap. ad audientiam, quod metus causa, & post Alciar. & alios tenet, & sequitur Plot. Navar. in repet. leg. si quando, n. 63. cum multis sequentibus, Cod. unde vi, prima dicitur vis expulsiua, secunda vis ablative, tertia dicitur vis inquisitiva, de quibus latè Menoch. in remediis possessivis.
- 183 Nostra autem, de qua loquimur violentia, longè ab illis differens est & diversa species, siquidem illis actio, & interdita judicialiter exercenda designata sunt, huic nuda defensio, nuda potestas, vis propulsiua, & Protectiva, extrajudicialiter à Principe interponenda, illa à privatis committuntur, ista à iudicibus tantum, illa extra iudicium in bonis, hæc in processibus, & in 184 iudicio inter cognoscendum jurisdictionis prætextu, quæ ita describi valet ut sit damnosa quædam, injuriosa & violenta oppressio, naturalis defensionis impeditiva, per iudicem illata.

Et in primis, quod iudex non deferendo appellationi legitime, & jure deferendæ, & jas occasione tentans suspensam sententiam exequi, committat vim; est mirabilis, & famosus textus in l. lege Julia 7. ff. ad l. Juli, 185 de vi publica, ibi, Lege Julia de vi publica tenetur, quicumque imperium potestatem haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jussertive aliquid fieri. Et illud verbum civem Romanum, intelligi idem in quocumque homine libero, juxta §. 1. de nupt. Rebuff. proximè citandus, & gloss. ibi, verbo provocationem, exponit, id est, qui appellaverat, 186 Reus ab ejus injuria, est etiam text. optimus in l. 4. tit. 10. part. 7. cujus elegantissima verba sunt: Si enense por agraviados à las vagadas los homes de los juicios de los judgadores è piden alcada para delante del Rey: è tales juezes a que con grand soberbia, è malicia que ay en ellos, è por ser mi defendendidos, que les no quieren dar alcada, è antes los desonrran diciendo es mal; è prendiendoles, è por ende decimos, que qualquier judgador que sobre tal raçon come esta firmeffe, è prendiessè, è matasse, è deshonrrasse algun ome, que debe haver por ende orra tal pena, como si ficiese fuerça con armas, por que my fuertes armas Salgado de protect. Reg.

han para fazer mal aquellos que tienen voz del Rey, quando quisieren usar mal del lugar que tienen, ecce mirabilia non admittentia cavillationem, & jura expressè probantia iudices vim facere, non deferentes legitimis appellationibus, sententias exequi curantes.

Quæ jura nihilominus quod expressè id probant, 187 clariùs comprobatur, quia cum sint sub titulis de violentiis, tractantibus, prout dicta l. Julia sub rubr. de vi publica, & d. l. partia sub tit. de las fuerças, secundum quas rubricas declarantur, quia leges debent intelligi secundum rubricam sub qua situate sunt Joan. Andr. Immol. Anton. de Butr. & Panormic. citati & sequuti ab Everard. in locis legalibus, in loco à rubro, ad nigrum 45. ff. 333. vel si autem oratio, quibus iuribus mirabiliter comprobatur d. l. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: Alçar las fuerças que los juezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas de que cognoscen, ne orogando las appellaciones, que dellos legitimamente son interpretas, & ex determinatione d. l. Julia, dicit Bald. in l. addictos, C. de Episcop. aud. quod paria sint occidere innocentem, 188 & occidere qui confugit ad justam defensionem.

Et ulterius quod iudex vim faciat non deferens appellationi legitime per eandem legem, l. Julia, tenent quamplurimi Doctores, Bart. in d. l. Jul. optimè & mirabiliter Guid. Papæ in tract. de appellat. q. 600. n. 89. & per eandem legem, idem tenet Rebuff. in tractatu de sentent. exequit. in præfatione, n. 2. in comment. 10. 2. fol. mibi 307. Mansuer. in prax. judic. in tit. de appell. col. 16. vers. judex qui non permittit. fol. 123. & sentit. Lancelot. Corrad. de prator. §. 2. de off. prator. in caus. civil. tit. de appell. n. 6. & tradit per Joannem Fabrum in l. à proconsul. C. de appell. & Doctores in l. fin. de variis, & extra ordin. cognitio. & Aretin. & Fabr. in prin. inst. de oblig. que ex quasi delicto, ut Nicol. Boër. decis. 153. judex pact. n. 4. & per eandem legem idem dicit Lancelot. Robert. de attent. 3. p. cap. 31. à nu. 242. cum sequentibus, ubi etiam allegat. Guid. Pap. in d. tractatu de appell. qu. 2. & quest. 120. col. 4. vers. quæro an appellatione interposita. Efcacia de appell. q. 13. artic. 13. sub nu. 100. Prosper. Farin. in question. crim. l. 3. qu. 101. ampliat. 3. n. 5. Clarius de Seyfello in repetition. l. ut vim num. 36. de justit. & jur. ibi, quia iudex malè procedendo etiam facit vim, ut loquitur de exequente, appellatione legitima, & post hæc eadem lege citata idem dicit Sese tract. de inhibition. cap. 8. §. 3. nu. 9. quia in nostris terminis eam ponderat, & allegat, qui omnes ad hoc citant dictam legem l. Julia, quod Lancel. ubi proximè post Guid. Pap. quest. 93. idem intelligit, etiam si appellatio ab amico interposita fuisset; & licet multo post hæc scripta viderim Ceval. in tractatu de cognitio. per viam violentiæ glof. 6. sub nu. 9. allegantem d. l. l. Jul. nullis citatis auctoritatibus, in epistola ad regem, nec 190 in qu. 896. qua epistolam transcripsit, ubi dicit dictam legem à nemine hactenus esse ponderatam, in quo, ut vides, deceptus est, cum tot Doctorum catervam retulimus illius legis intuitu affirmantium, vim committere iudicem non deferentem legitime appellationi, curantemque sententiam suam exequi, ut ex eis patet.

An autem in hoc violentiarum recursu, & cognitio- 191 ne, ad hoc ut declaretur vim fieri, utrumque simul requiratur, scilicet, appellationi denegata delatio, & sententia attentata exequitio simul, infra hac 1. p. cap. 6. commodiùs tractandum est.

Igitur si iudex hoc casu infert vim, poterit legitime oppressus ad Regem confugere, ut vis illa propulsetur, & vim passus protegatur, & defendatur; ceteris enim violentiis, hæc quæ à iudice fit, major est, 192 & atrocior, cum sub secuto, & superioritatis, ac jurisdictionis prætextu, facillimè delibari potest, ad hujusmodi vim inferendam, quod quidem tendunt; & ponderari debent illa verba d. l. 4. tit. 10. p. 7. ibid. Que debe

C 3 bavet

haber otra tal pena como si fiesse fuerca con armas, por que muy fuertes armas han para fazer mal aquellos que tienen voz del Rey: quando quisieren usar mal del lugar que tienen. Cui consonat illud Ecclesiast. cap. 12. Judicium; in quo aliquis condemnatus injuste, simile est violentie latronum; idem docet D. Thom. 2. 2. quaest. 69. art. 4. ibi, Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapiantes praedam ad effundem sanguinem; & ideo sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere in tali casum aliis Principibus. Et facit quod habetur Psal. 103. n. 22. & melius illud David Psal. 70. ibi; Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias, quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris contra legem agentis, & iniqui, &c. Igitur cum judices tot intolerabiles violentias, & oppressiones suae majoritatis, & jurisdictionis occasione committant; justissime multo fortius poterit Rex illis resistere, & oppressis naturalem defensionem praestare, cujus proprium officium est, & facit l. 2. vers. item aut. ibi, Spectat autem ad nos injuria, quae eis fit, qui vel potestati nostrae vel affectui subjecti sunt, &c. quibus applica, quae haecenus dicta sunt, cum vera vis sit.

PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

- 193 In cognit. violentie omnium concursus sententia est, ut extrajudicialiter, & sine cognitione judiciali celeriter, & sine jurisdictione proceditur, a nemine tamen comprobatur.
194 Dicta Doctorum in hac causa cognitione extrajudiciali referuntur.
Senatus Regius non se intromittit de his oppressionibus jurisdictionaliter, & in modo ordinaria jurisdictionis, nec ut causam definiat, quae ad se non pertinet, sed per modum extraordinariae cognitionis, ut vim repellat, & appellationi juste deferatur, ibid.
195 Sola cognitio contentiosa in his prohibita est seculari, non vero extrajudicialis, quae secularis potestas contra violentiam judicum Ecclesiasticorum providet, non jurisdictionem impedit, &c.
196 Constito de violentia summarie nulla facta citatione per facti notorium, non per cognitionalem indaginem, mandatur eum moderamine inculpate tutele Ecclesiastico, ut vis tollatur.
197 Hac cognitio debet esse extrajudicialis absque eo, quod Senatus se intromittat in meritis cause principalis, sed per viam extrajudicialis protectionis.
198 Senatus in hac cognitione violentie nec directe, nec indirecte jurisdictionem habet, principaliter nec accessorie.
199 Senatus non cognoscit tanquam iudex appellationis, nec habet jurisdictionem de meritis appellationis, & ejus justitia.
200 Senatus Regius pronuntiat per modum cause, scilicet, iudicem Ecclesiasticum fecisse, vel non fecisse vim in non deferendo appellationi; non vero juste, vel injuste processisse.
201 Gloss. in cap. dilecto, de sent. excomm. lib. 6. in probationem predictorum expenduntur.
202 Hujusmodi recursus nec ratione forme, nec ratione materie jurisdictionem desiderat.
203 Vis protectiva in ordine ad tutelam, & defensionem abstrahitur, & consideratur de per se extra jurisdictionem.
204 Tutor est privata persona, & ei pupillus non subest quoad jurisdictionem, sed quoad tutelam, & defensionem, & protectionem.
Princeps supremus dicitur tutor vassalorum quoad protectionem, remissive, ibid.

- 205 Principus Christianis commendata est a Deo, Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus protectio Clericorum, & Ecclesiarum.
206 Commendata protectione per Summum Pontificem, aut alium Principem circa aliquid, non videtur in eo concessa jurisdictione, sed solum defensio ab oppressoribus.
207 Nec recommendatus dicitur exemptus a jurisdictione suorum judicum nec subesse jurisdictioni protectoris.
208 C. ex parte de privileg. declaratur, ibid. ad causam violentia extrajudicialem ponderatur ab Authore, ubi c. accepimus, eodem tit. expenditur.
209 Principes, quibus clericorum & Ecclesiarum defensio, protectio committitur, ultra defensionis legitimos modos ad jurisdictionem Ecclesiasticam non progrediuntur, ne pœnis, & censuris Bullae in Cena Domini involvantur.
210 Principes Christiani ipso jure sunt protectores Ecclesie, est specialiter a Pontifice illis tribuatur protectio aliquis specialis loci, vel hospitalis, nec acquirunt jurisdictionem, nec ex tali protectione possunt inducere, aut probare superioritatem in tali Hospitali, vel loco, & ejus bonis.
211 Deferre vel non deferre appellationem, vel abstinere a receptione appellationis, vel deferri, est quid facti absque adminiculo jurisdictionis.
212 Iudex ad quem, non a quo, habet jurisdictionem pronuntiandi super legitimitate appellationis.
211 Iudex debet ad sui solam instructionem cognoscere de qualitate appellationis, non vero quoad partes pronuntiare, cum sit jurisdictionale, & ipse iudex a quo jurisdictione careat.
214 Senatus aditus per viam violentie, ut appellatio deferatur, & innovata reponatur; solum quoad sui instructionem cognoscit de qualitate appellationis, quod est facti. in supra.
215 Quando informatio assumitur ad solam instructionem, & informationem Curiae, cognitio, & processus est omnino extrajudicialis.
216 Senatus non defert appellationi negatae a iudice Ecclesiastico sed eum provocat, & incitat, ut deferat, quod est minus facti.
217 Secularis iudex de facto etiam rei spiritualis incidenter cognoscit, ut in observatione juramenti, & in possessorio rei spiritualis, ibid.
218 Iudex inordinate procedens, & contra jus exequens suam sententiam dicitur privata persona, & ut privatus, & sine jurisdictione procedit.
219 Iudex de facto procedens, de facto, & sine jurisdictione procedere, & reponere debet.
220 & 221. Recursus violentia a Rota approbatus est.
222 Trid. sess. 25. cap. 3. declaratur.
223 Clausulis sub generalibus Reges, & eorum Regia tribunalia non comprehenduntur.
224 Salced. & Rodrig. in declaratione Trid. loci referuntur.
225 Trid. locus in d. c. 3. sess. 25. noviter declaratur.
226 Trid. Consilium in multis disposuit idem, quod jure communi erat dispositum.
227 Confirmatoria lex recipit eandem limitationem, quam confirmationem.
228 Lex loquens cum aliqua qualitate, ad sui intellectum trahit omnes alias, quae in illo proposito simpliciter & generaliter loquuntur.
229 Trid. d. c. 3. sess. 25. si voluisset impedire cognitionem per viam violentie, id expressisset, ut intelligeretur.
230 Ceval. in Tridentini loci interpretatione reprehenditur.
231 Tridentini decretum in d. c. 3. sess. 25. non comprehendit recursus violentie ex communi Doctorum.
232 Bulla in Cena Domini cap. 13. 14. 15. & 16. declaratur.
233 Impedientes de facto & contrajuris dispositionem, jurisdictionem

- ditionem judicum Ecclesiasticum dumtaxat, incurrunt in Bulla in Cena Domini & ejus censuras.
234 Præsumere, verbum, p. sum in lege, praesupponit dolum, idem de verbo audere, ibidem.
235 Recursus ad Regem, & ejus tribunalia per viam violentie virtualiter approbatus in Bulla in Cena Domini, refertur.
236 Recursus per viam violentie tanquam defensio naturalis inductus est ad dirigendos iudices Ecclesiasticos, ut legitime jurisdictione Ecclesiastica secundum canones utantur, non vim facientes exequendo sententiam, & non deferendo legitimis appellationibus.
237 Ecclesiastici iudices incurrunt in Bullam Cena Domini vim facientes & contra præcepta canonica procedentes ad executionem sententiae non obstantibus legitimis appellationibus.
238 Minister est Ecclesie supremus Princeps, qui occasione recursus violentie injuriam tollit, & oppressos defendit.
239 Princeps temporalis summo honore prosequitur Ecclesiasticum iudicem appellationis cum trailet, ut ejus jurisdictioni violentiam non patitur.
240 Cognitio violentie non reputatur damnosa libertati Ecclesiastica, sed in totum favorabilis.
241 Violentia cognitio vergit in magnam utilitatem libertatis Ecclesiasticae, ejusque respicit favorem.
242 Princeps secularis per cognitionem violentie interponit suum auxilium iudici Ecclesiastico superiori contra inferiores usurpantes ejus jurisdictionem: in non devolvendi justis appellationibus.
243 Potestas secularis solum tollit violentias per modum extrajudicialis & Christianae defensionis, non judiciabilis, ideo nec incurrit censuras, nec adversatur sacris Canonibus.
244 Regalis potestas in tollenda violentia non se intromittit ut iudex, & cum jurisdictione: sed ut Canonum & legis minister.
245 Principes seculares nec ejus consiliiarii nullus iudex Ecclesiasticus, nec Summus Pontifex ut excommunicatos habet per Bullam Cena Domini.
246 Doctores utriusque juris & sacra Theologia referuntur remissive defensores hujus cognitionis violentie tot per secula usitata ab omnibus Christiane religionis Principibus.
247 Principes & Senatores si Summus Pontifex haberet excommunicatos, ut pastor exhortaretur, & aliquando moneret, ut desisterent ab excommunicatione & censuris, imò in contrarium suam voluntatem declaravit.
248 Recursus Regium per viam violentie, nec Principes temporales comprehendit in censuris Bullae in Cena Domini testantur plurimi Theologi & Jurista.
249 Regium recursus ad tollendum an possit expediri excommunicatio remissive.
250 Manuel. Rodrig. verba recensentur in interpretatione Bullae in Cena Domini.
251 Principes seculares in multis casibus habent potestatem super Ecclesiasticos.
252 Ecclesiasticos non recurri ad Principes seculares, cum in jure dicitur intelligendum est, ubi non patitur violentiam secus oppressi.
253 Recursus per viam violentie etiam si pateretur aliquod juris dubium stante communi Doctorum receptissima, & usitata sententia, sine scrupulo usitandus est etiam stante alia communi in contrarium, cum recursum faveat consuetudo.
254 Respondetur ad decisionem Rota declarantis recurrentem ad Principem incidere in censuras & seqq.
255 Ceval. responsio ad Rota decisionem refertur.
256 Ceval. responsio ad d. Rota decisionem reprobat.
257 Sese responsio ad Rota decisionem approbat.
258 Rota Auditores aliter consensere de recursum ad justitia Aragonum, quam praxis in rei veritate se habet.
259 Responsio vera ad Rota decisionem assignatur.

- 260 Rota Domini non habent excommunicatos recurrentes ad Regem pro tollendo violentia, sed ubi cum jurisdictione seculares procedere intelligunt.
261 Recursus ad iudices laicos ad nudam defensionem suae possessionis Rota semper approbavit.
262 Rota non intendit tollere recursus ad iudices seculares pro defensione naturali, sed ubi praesumit tolli cum causa cognitione & jurisdictionaliter.
263 Cognitio per viam violentia ad illam extrajudicialiter tollendam est inducta, non ad cognoscendum de causa meritis, ut ne violenter aliquid fiat donec Summus Pontifex de remedio provideat.
264 Recurrentem ad Principes pro tollenda violentia supponente Rota procedi jurisdictionaliter, nihil mirum, ut declarat excommunicatum falso fundamento existente.
265 Casus quamplurimi sunt in jure, quibus clerici subficiuntur jurisdictioni seculari absque excommunicatione; atque immunitatis violatione.
266 Rota decisio oppugnans recursus regium adducitur, cui satisfiit, ut loquatur quando in tollenda violentia proceditur cum jurisdictione.
267 & 268 Recursus per viam appellationis ad Regem justissime damnavit Rota, & eo uentem excommunicatum declarat.
269 Recursus ad Regem per viam appellationis si aliquis uteretur, statim Senatores remitterent causam iudici Ecclesiastico absque violentia cognitione.
270 Rota decisiones relate in casu varie fuit declaratum, quandoque incurrisse recurrentem, quandoque non incurrisse.
271 Rota decisiones relate, casu negato, quod reproberint recursus ad regem, eis standum non erit, cum in contrarium plures numero sint illum approbantes, cui faveat consuetudo, & Doctorum caterva.
272 Rota in eligenda opinione magna est auctoritas, communem facit.
273 Rotam rotare & diversimode aliquando judicare qui dixerint.
274 Rota tantum esse deferendum, quantum ratio ipsa urget.
275 Rota decisio jus non facit, nec ad causarum determinationem est necessaria.
276 Recurrentem ad Regem non ideo, quod Rota reproberet in aliquo casu, eo quod mutato ordine, & illicitè fuisset aliquis usus, non erit ad licitos arguendum.
277 Rota decisio adducitur, quae reprobat recursus ad Regem judicialiter procedentem.
An minus brevi termino appellationi non deferentem vim fieri declarat Senatus, ibid.
278 Iudices laici non possunt inhibere Ecclesiasticis, cum in eos nullam habeant jurisdictionem.
Iudices laici non possunt præter viam violentie iudicibus Ecclesiasticis inhibere, ibid.
279 Recursus ad Regem praesumi factum ad ejus instanciam, qui habet interesse in causa n. 283. & 285.
280 Procurator an possit recurrere ad Regem pro tollenda violentia virtute mandati generalis ad illam causam, quae est clausula ut queat adire Cancellarias, &c. pro postulandis quibusvis provisionibus. Absolutio generalis non suffragatur violatoribus Ecclesiastica libertatis, ibid.
281 Recursus ad Regem pro defendenda propria possessione Rota non damnat.
282 Recursus ad Regem nunquam permisit Rota tanquam ad iudicem, ad effectum obrinendi inhibitiones, sed tanquam privatum & potentem.
283 Rota decisio refertur, quae recurrentes ad iudices seculares excommunicatos declarat, cui respondetur.
Rota decisio alia quae de recursum ad Regem loquitur refertur, ibid.
284 Recursus ad Regem, & sententia reprobationis iudicis Ecclesiastici prostant attentam coram superiore.